

N. 119.

A. D. 1161.

(12 gennaio, Indiz. IX).

<i>Data di luogo</i>	Bari.
<i>Rogatorio</i>	Petracca protonot.
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang., tranne che d. p.: alt. 0,69, largh. 0,32 1/2.
<i>Scrittura</i>	Minuscola.
<i>Contenuto</i>	I fratelli <i>Roggerius, Iohannes usura, Fatturius</i> e <i>Nicolaus</i> , anche in nome del minorenni <i>Palma, f. Petrace nauclerii</i> , avendo citato il loro zio paterno <i>Eustratius miles</i> a dar loro la metà de' suoi possessi, perchè socio in mercatura col loro padre, riconoscono esatte le ragioni del querelato e desistono da ogni giudizio, anche a titolo di gratitudine verso lo zio, che li avea amati e allevati come se fosse loro padre.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Incarnationis salutifera domini nostri iesu christi dei eterni anno millesimo centesimo sexagesimo primo. Regni autem felicissimi domini nostri Guillelmi regis invictissimi Sicilie et Italie undecimo et ducatus domini nostri Roggerii karissimi filii sui Ducis Apulie sexto. Mense Ianuarii Die duodecimo eiusdem. Indictione Nona. Nos Roggerius, Iohannes usura, Fatturius, et Nicolaus fratres, f. domini Petrace nauclerii, qui dictus fuit de Kirinicolao de domno Rossemanno de Baro, Declaramus quia causationes habuimus cum Sere Eustratio milite patruo nostro, f. predicti Kirinicolai, De causis mobilibus et pretio inter nos communibus, que apud se dicimus habere. De quibus nos debemus habere et suscipere ab eo integram medietatem cum alio fratre nostro Palma qui modo manet infra legitimam etatem, pertinentem nobis ab ipso patre nostro fratre suo qui fuit eius socius dum vixit in omnibus que acquirere et lucrare valebant quomodocumque. Querebamus etiam illi, quantum divideret et daret nobis medietatem de omni edificio quod factum habet foris in petrineis circum ecclesiam sancti Eustratii martiris christi, quam ipse fabricavit, similiter et de eadem ecclesia, eo quod de communi pretio, et de lucro, et in communi terra, illa edificavit et fecit. Querebamus quoque uti ipse patruus noster divideret totum stabile cum suis omnibus pertinentiis, quod emit ab Andrea de piccolo, eiusque coniuge, non longe ab eadem ecclesia et exinde daret nobis integram medietatem, eo quod de communi pretio et adquisitu emptum illud abet. Et ad hec omnia, sic ipse nobis dicebat. In nullo mobili vel pretio, quod ego habeo vel dominari videor sortionem ullam habetis vos nec in ecclesia ipsa neque in domibus eius turri curte, furno, piscinis et viridiario, que ibi sunt, neque in ullis edificiis factis ibi a me, neque in stabilibus, que emi ab eodem Andrea suaque coniuge, eo quod non de communi sed de meo proprio pretio prescripta omnia edificavi, feci et comparavi et nullam in eis sortionem habetis nec querere michi potestis per iustitiam. Nam dum isdem pater vester Petracca frater meus tulit sibi coniugem matrem vestram Alferadam. levavit de communibus causis unde suas nuptias cum compluribus suis parentibus et amicis alte honorifice et per plures dies celebraverunt. et eandem suam coniugem induit et preparavit ex pretiosis indumentis et vestimentis lineis, laneis, et sericis, non modicis,

et de ornamentis capitis cum auro, gemmis et pernis preparatis, et de anulís atque labora-  
 mentis auri. cum preclaris lapidibus ornatis, quemmodum a compluribus barensibus visum  
 30 fuit, et adhuc scitur et recordatur. Tulit etiam ipse pater vester similiter de communi unde  
 salvavit debita, que fuerant super res eiusdem matris vestre, et unde multotiens parenti-  
 bus matris vestre subvenit illosque exinde munerabat, et unde etiam sepiissime suum velle  
 faciebat. Illud vero pretium quod ego tuli, et misi in laborandis et faciendis ipsa ecclesia,  
 eiusque domibus, turri, curte, furno, cisternis et viridiario, cum suis omnibus pertinentiis. et  
 35 unde emtum habeo stabile predicti Andree et coniugis. que omnia sunt mea propria minus  
 unciys quinquaginta auri tarenorum, fuit, deo teste quam illud quod ab ipso patre vestro  
 levatum est, ut predixi. De terra in qua construxi iamdictam ecclesiam, domos, turrim, cur-  
 tem, furnum et piscinas, et ipsum viridiarium, feci, nullam michi vos restaurationem que-  
 rere potestis pro sortione patris vestri, factam etenim habeo vobis exinde restaurationem,  
 40 dum in regali barensium curia divisiones olivarum nostrarum facte fuerunt inter me et vos  
 et inter dominum Palmam iudicem fratrem meum, patrum vestrum, et inter filios Thome,  
 fratris mei, vobis consobrinos, quemamodum continetur in ipso scripto divisionis michi exinde  
 facto. Habeo etiam et aliam rationem atque defensionem erga vos, de his que michi que-  
 ritis, et unde causationes predictas supra me infertis. ex quibus tacere debetis semper,  
 45 nam patre vestro defuncto, affata vestra genitrix querebat vobis et supra res patris vestri,  
 viri sui, quartam suam et meffium, et quia non inveniebat illa apud vos, unde exinde pos-  
 set salvari, compellavit supra me in eadem regali curia barensium, uti de rebus viri sui  
 patris vestri, quas me dicebat tenere et habere, suam quartam sibi exinde assignarem, et  
 ut salva foret desuper, de sui meffii continentia in rebus eiusdem viri sui, sed quia ego in  
 50 eadem curia negabam, et dicebam me nullam causam stabilem vel mobilem tenere et  
 habere de ipso fratre meo pertinentem filiis suis ab illo pro ipsa societate suprascripta, nec  
 in quibus ipsa Alferada suam iustitiam per legem posset habere non valente ipsa Alferada  
 matre vestra testes exinde supra me proferre, iudicatum michi fuit in eadem regia curia  
 a domino Melipeza regali barensium iudice, ut ad evangelia dei exinde cum duodecim me-  
 55 cum meis parentibus iurarem et sic illa tacita et contenta exinde adversus me semper per-  
 sisteret. Quod sacramentum, eidem matri vestre tunc, in eadem curia deliberavi et feci, per  
 omnia, sicut ipse iudex iudicaverat, . . . . . exceptatis inde tunc a me quibusdam paucis  
 rebus mobilibus et sortione nostra de buzia castelli, que postea fracta fuit in portu pinne  
 sancti Cataldi, de quibus paucis rebus mobilibus et de quanto michi venit de sortione ipse  
 60 buzie, et de pretio lignaminum eiusdem buzie et de eius afisis et armamentis a me et nostris  
 aliis sociis venditis, nutriti et sustentavi vos prout potui secundum quantitatem earum,  
 de quibus modo nil michi remansum est, et exceptavi tunc exinde etiam quosdam servos  
 communes inter nos, de quibus tu predicte Roggeri habes unum apud te nomine Andream  
 communem cum ipsis tuis fratribus, et ego habeo alium nomine Privignam, et Draga, an-

cilla senex est communis inter nos. Sed quod (?) preiudicatum sacramentum factum habeam 65  
eidem vestre genitrici uti dictum est a me. Tamen adhuc si vobis placet paratus sum et vo-  
bis similiter inde iurare ad dei evangelia sicut a me dictum est supra. Nos vero scientes  
in veritate per amicos, vicinos et parentes nostros, quod sacramentum supradictum affate  
matri nostre persolvisset ipse sere Eustratius et vera fore omnia que dicebat, et quia sem-  
per ipse nos plusquam isdem noster genitor et genitrix karissimos habuit et adhuc habet, 70  
et a nostra infanzia (*sic*) procurabiliter secum nos habuit, nutriti crevit, et de suis bonis  
per pariter et onorifice, sicut ab omnibus barensibus scitur. governavit et adhuc sui gratia  
governare non cessat, et meliora facere non dubitamus. Nunc ante presentiam bonorum  
hominum subscriptorum testium bona nostra voluntate, et per convenientiam, nec non per  
consilium et laudationem bonorum hominum nostrorum benibolorum amicorum atque pa- 75  
rentum, nos prenominati fratres Roggerius, Ioannes usura, Fatturius, et Nicolaus, pro nobis  
et pro Palma fratre nostro minore. Per fustem tradidimus ammisimus tibi sere Eustratio,  
nostro patruo, omnes calumnias, querelas et causationes quas tecum habuimus vel in antea  
potuimus habere qualitercumque de omnibus rebus mobilibus et pretio, que tu habes vel  
in antea potueris habere, tu vel tui heredes, nec queramus ullam sortionem in rebus stabi- 80  
libus ipsis, quas emisti ab eodem Andrea de picculo eiusque coniuge pro sortione vel so-  
cietate ulla iamdicti patris nostri, neque queramus aliquid ius, dominium, vel sortionem  
quolibet ingenio, in affata sancta ecclesia vestra, nec in eius domibus, turri, curte, furno,  
piscinis atque viridario a te ibi constructis et factis neque in ullis causis que tu ibi, vel  
alibi facere seu dare volueritis, nullamque restaurationem queramus vobis de prescriptis 85  
mobilibus et pretio. que tibi querebamus pro sortione et societate affati patris nostri, nec  
de ipsis stabilibus a te emptis neque de expendio quod fecisti et habuisti in ipsa ecclesia,  
domibus, turri, curte, furno, cisternis, et viridario faciendis. neque restaurationem ullam  
queramus de affata terra, in qua edificia ipsa facta sunt a te, eo quod restaurati sumus inde  
a vobis sicut continetur in scripto divisionis olivarum nostrarum sed de eis et in eis omni- 90  
bus quod volueritis faciatis, nec queramus vobis ullam sortionem de quanto habuisti pro  
affata sorte buzie castelli, neque de illis omnibus rebus mobilibus a te exceptatis dum affa-  
tum sacramentum nostre matri fecisti, nec de eisdem duobus servis et ancilla sene, de  
quibus nos habemus unum et tu alium, et sortionem nostram de ipsa ancilla sene tradidi- 95  
mus tibi ut libertati dones pro nostri patris anima et nostra, si placet et taciti et contenti  
adversus te tuosque heredes, nos et nostri heredes exinde maneamus semper, stantes in pre-  
dicta divisione olivarum sicut facta est, et stare in ea et in omnibus supradictis faciamus  
eundem fratrem nostrum Palmam eiusque heredes, et dum legitime etatis fuerit faciamus  
illum obligare per guadium et mediatorem se, ut ipse eiusque heredes stent et maneant in  
ipso nostro facto, sicut et nos et defensores tibi tuisque heredibus existamus de predictis 100  
omnibus ab ipso Palma eiusque heredibus, et ego Roggerius ab uxore mea, heredibus, pa-

rentibus et mundoaldis eius omnique humana persona pro nostra et illorum parte querente,  
 nec non et ab eadem matre nostra eiusque patre ut securi et quieti semper exinde persi-  
 statis ex omni parte ordine predicto. Et pro istius traditionis et ammissionis confirmatione  
 105 nunc de presenti recepimus exinde a te pro nobis et ipso fratre nostro Palma launegilt  
 quinque telas de tilettis sericis, et pro nimia tua pietate quam semper erga nos ut bonus  
 et pius pater habuisti, bona tua voluntate non nostra petitione dedisti unicuique nostrum  
 in benedictione pro anima tua uncias auri tarenis quinque, pro negociandis et adiuvandis  
 nos cum illis prout melius potuerimus. et ad predictum Palmam puerum promisisti dare  
 110 alias quinque uncias auri tarenorum de Sicilia dum adveniret etatem, cum quibus se si-  
 militer adiuvet, de quibus unciis genu vestrum, te invito, osculati sumus, ut patri et benefa-  
 ctori nostro. Super hoc autem voluntarie nos qs. Roggerius, Iohannes usura, Fatturius et Ni-  
 colaus ante eosdem testes guadiam et nos ipsi tibi domino Eustratio mediatores dedimus,  
 ut nos et nostri heredes stemus in predicta traditione et ammissione et in divisione predi-  
 115 ctarum olivarum facientes et adimplentes tibi tuisque heredibus per omnia ut prelegitur. Et  
 si per causationem vel legem vos exinde miserimus, demus vobis penam quingentos aureos  
 solidos et totidem in publico, et que prelata sunt adimpleamus inviti. Propter quod licen-  
 tiam tribuimus tibi tuisque heredibus pignerare nos omnes quattuor vel tres, sive duos seu  
 unum de nobis quem volueritis. similiter et de nostris heredibus per omnes nostras causas  
 120 licitas et illicitas quascumque nobis ubicumque inveniatis sine calumnia et appellatione  
 donec adimpleverimus vobis omnia pretitulata. Et hoc brebe scripsit Petracca Protonotarius  
 his subscriptis ibi secum stantibus.

† Ioannes Caloleoni f.

† Romoaldus notarius Petracce f.

125 † Scaranides. Bisantius.

*Notitia testium: testibus Geronimus, Iohannes Kaloleonis et Bisantius scaranus et Romoaldus notarius.*